

Sammelband G.

3
4
5
6
7
8
9
10
11

12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22



I. N. J.

Tractationis Synopticae

DE

SUCCESSIONIBUS
AB INTESTATO,Quatenus ex Jure Civili, Saxonico, Culmensi,
& Moribus Patriis deferuntur,

EXERCITATIO TERTIA,

Successionem Collateralium evolvens:

Solennis Disputationis causa,

In Gymnasii Dantiscani Auditorio Majori

D. 14. Maj: clo DC. LXIV. ad placidè ventilandum

proposita

PRÆSIDE

L. CHRISTIANO ROSTEUSCHERO,

Gymn. Patr. Inspect. nec non Jur. & Histor. Prof. Ord:

RESPONDENTE

CHRISTIANO ESKEN

DANTISCANO.

Plantar. Novell. Alumn.

DANTISCI,

Typis DAVIDIS FRIDERICI RHETII.

V I R I S

*Generoso, Perquam Magnifico, Sirenuo, Nobilissimo, Amplissimo, Ex-
cellentissimo, Experientissimo, Plurimum Reverendo,
Spectatissimoq;*

Dno ADRIANO von der Linde /
Capitaneatus Mirachov. Praefecto illustri, celeberrimæq;
Gedanensium Reip: PraeConsuli Seniori
& ProtoScholarchæ meritisf.

DNO MICHAELI Fischer /

DNO DANIELI Pröiten /

Ejusd: incl: Reip: Iudicii Assessorib: gravissimis

DNO JOHANNI ERNESTO Scheffler /

*Med: D. ejusd: apud Gedanenses Practico felicissimo,
Physicoq; Civitatis ordinario,*

DNO ABRAHAMO HEISE O,

Pastore ad D. Johannis vigilantissimo,

DNO REINHOLDO Dreißer /

DNO DANIELI Janzen /

Civib. emporii hujus & Centumviris præcipuis

DNN: suis Patronis, Promotorib.

Fautorib: Mæcenatib: Sc.

Hoc quicquid est

suarum

in Juris curriculo

primitiarum,

dicat, inscribit consecrat

illor. Devotissimus

C. E. R.

31

Exercitatio III.

Collateralium successionem enucleans.

Descendentium & ascendentium successionem expositam, superest ex Nov. 118. explicanda successio COLLATERALIUM s. transversalium propinquorum; die dem Verstorbenen von der Seiten oder Zwerch-Seiten verwandt seynd: postremo loco velided (aliam rationem suggerit Grot. *Juriss. Batav. libr. 2 part. 28. §. De Grond van het Vriessche Recht.*) merito posita, quod superior & inferior ordo incipiat à primo gradu, collateralium autem tantum à secundo, animadvertente Valent. Forstero in tract. de success. ab intest. lib. 3. cap. 8. n. 2.

2. Vocantur autem ex Collateralibus primi ac successionem Fratres & sorores ex utroq; latere defuncto conjuncti: Germ. Brüder von voller Geburt. it. Geschwistrigt (qua voce etiam fratres comprehenduntur V. Wehner. *observ. Pract. in voce Geschwister. Rittersh. p. 7. Nov. cap. 13. n. 2. Pr. L. R. lib. 5. tit. 12. art. 3. §. 1.*) von beyden Banden oder Seiten/recht Geschwistert. Nov. 118. c. 3. inpr. Forster. *d. tr. lib. 8. c. 1. utpote qui (cum parentibus quoq; defuncti admissi, vid. exerc. preced. §. 5. seqq.) non tantum collaterales alios omnes, verum etiam fratres & sorores ex uno latere, in eodem licet gradu, secundo videlicet, defuncto conjunctos, ob vinculi duplicitatem (secus ac olim l. 1. l. ult. §. 2. C. de legit. hered. & etiamnum hodie in Provincia Ultrajectensi & Velaviâ Grot. c. 10. ut & Republ. Argentoratensi, Dn. præcept. Tabor. *Jpd. Elem. p. 3. sect. 2. §. 17. exth. j. §. 21. exth.*) à successionem in bonis indistinctè omnibus excludunt. d. Nov. 118. c. 3. vers. *Hic itaq; & vers. Et ex diverso in fi. j. Nov. 18. c. 1. in fi.* Forster. *d. lib. 8. c. 4. Pfeil Consil. 118. Carpz p. 3. const. 18. def. 8. Consentit, & fratres & sorores ex utroq; parente conjunctos iis, qui ex diversis parentibus sunt, pariter præfert J. Saxonicum (in proximitate tamen se hoc casu fundans) V. infra §. 10. seq. nec non Culmense V. §. 13. & Provinciale Prutenicum d. art. 3. §. 1. vers.* doch mit dem Unterscheid. E 3. Fra.*

3. Fratribus & fororibus utrinque conjunctis (Germani vulgò appellantur, V. Vinn. ad §. 4. l. de legit. agnat. succ. n. 1. & necessitudo, quæ inter eos versatur, duplici adstricta vinculo, germanitas, quemadmod. quæ inter consanguineos, cõsangvinitas, quæ inter uterinos, uterinitas, Rittersh. d. cap. 13. n. 2. et hæc eodẽ patre tantum natos germanos quoq; dici velit Cujac. in Nov. 84. pr. & probet Cornel. Nep. in Comene l. 2. ubi Boecl. Conf. Colleg. jurid. Arg. lib. 38. tit. 7. §. 7. in pr.) J. Civili (de Saxonico enim & Culmensi aliter se res habet V. infra d. §. 10. & 13.) æquiparantur eorundem prædefunctorum (imò etiam repudiantiũ, juxta tradita Forst. d. l. 8. c. 9. n. 4. seq. & Dn. Mæv. ad J. Lubec. p. 2. tit. 2. art. 7. n. 28. seqq. quo tamen casu jus accrescendi potius locum habere, ex §. 5. l. de bonor. possess. infert Colleg. Jurid. Argent. d. tit. 7. §. 12.) liberi, ex Justiniani benignitate parentem defunctum in successione eodem gradu, quem ipse obtinebat, referentes & repræsentantes d. Nov. 118. c. 3. vers. Si autem. j. Nov. 127. & exerc. preced. §. 6. Edict. Caroli V. Noriberg. de Anno 1521. Carpz. d. const. 18. def. 2. Lipsk. obs. Regn. Polon. lib. 3. obs. 65. n. 1. 2. 6. 7. (ubi Praxin quoq; Curia jus hoc sequi docet) §. 9. adeoq; non minus defuncti fratres ex alterutro latere d. Nov. 118. c. 3. vers. Unde consequens. Urtheil der Schöppen zu Leipzig post Landr. tit. von Succession nach Rånserrecht. fol. 508. Pr. Landr. d. §. 1. vers. und nicht allein. Forster. d. lib. 8. c. 6. Rittersh. d. c. 13. n. 5. Carpz. c. lo. & 6. resp. Elect. 37. & multò magis eorundem liberos (frustra dissentiente Joh. Friderico Lignicensi. ap. Matth. Klock Consult. An fratrum germanorum filii patrum defuncti ex uno latere jure proprio, an verò alieno excludant. & c. p. 52. 69. 141. ipsoq; Klock d. p. 69. seq.) Cujac. ad. d. Nov. 118. Sand. decis. Frisso. lib. 4. tit. 8. def. 3. Dn. Tab. d. sect. 2. §. 22. nec non patrum, avunculum, aliosq; defuncti in hios (dictos quasi deis; & rationem appellationis elegantissimam ex Simplicio in Epictet. reddunt Rittersh. p. 7. Nov. d. c. 13. n. 12. Dn. Struv. syntagm. Jurispr. exerc. 38. §. 32. Jd. Nov. 118. c. 3. vers. Quandoquidem igitur. Carpz. d. const. 18. def. 4. n. 3. 4. §. excludentes. Quod tamen privilegium fratrum
liberis

liberis indultum ad ulteriores collaterales minimè pertinere, nec, ut in lineâ rectâ V. *supr. exerc. 1. d. 6. in infinitum porrigi*, ex d. Nov. 118. cap. 3. *vers. Hujusmodi & §. 1. j. l. 15. ff. de legibus rectè concludunt Forst. d. lib. 8. c. 7. j. c. 2. n. 4. Schurff. Cent. 2. conf. 62. Pfeil conf. 117. Riemer. dec. 8. q. 3. Sand. d. tit. 8. def. 6. Carpz. p. 3. const. 17. def. 4. in fi. & const. 18. def. 7. quanquam apud Hollandos, & præcipuè Rotterodamenses id latius extendi notent Grot. d. part. 29. §. Dan soo circa fi. & §. Doch dien von Rotterdam. Vinn. post tit. 1. de succes. cognat. rubr. Forma succed. ap. Holland. n. 7. 8. fratrumq; germanorum nepotes cum fratribus ex alterutro parente jure quasi quodam repræsentationis in stirpes admittat Pr. Landr. d. art. 3. §. 3.*

4. Caterum ut eo casu, quo cum thiiis suis fratrum aut sororum liberi concurrunt, expedita res est, eos in stirpes vocari d. Nov. 118. c. 3. *vers. si autem j. exerc. præced. l. 6. d. Ed. Caroli V. §. Und die weil auch. Forster. d. lib. 8. c. 2. ita gravissimis in utramq; partem rationibus disputant Juri nostri, an idem obtineat, quando defunctus fratres aut sorores ἀμφιθαλῆς s. ex eodem patre & eadem matre natos non reliquit? Quod ipsum sustinent post Accurs. & plerosq; antiquos Sonsbecc. tract. feud. part. 9. concl. 6. n. 100. seqq. Bachov. ad Tr. 2. D. 36. d. 5. b. eodemq; plurimis utrinq; adductis auctoritatibus, inclinat magis Forster. d. lib. 8. c. 3. in fi. negant autem, & pariter, ut olim l. 2. §. 2. de suis & legit. §. 4. in fi. l. de legit. agnet. succes. l. pen. §. ult. C. d. Leg. hered. post d. quoq; Nov. 118. c. 3. in capita inter fratres patruales divisionem fieri debere, contendunt Azonem secuti Vaudes 1. variar. 24. Riem. d. dec. 8. q. 4. Myns. 3. obs. 94. Ungep. 9 q. 6. in ajo. Lipk. 1. obs. 66. Gudel. de jure noviss. lib. 2. c. 15. §. utrum & plurimi. Carpz. d. const. 18. def. 3. Hahn ad Wes. de grad. & affin. n. 16. & infiniti alii; quam posteriorem opinionem comprobasse & confirmasse videtur Carolus V. in Comitiiis Spirenlib. An. 1529. sub tit. Kaysersl. const. und Satzung wie Bruder und Schwester Kinder ihrer Vattern Bruder oder Schwester verlassene Erbschafft unter sich theilen. & sequitur Pr. Landr. d. art. 3. §. 3.*

5. Rectius forte distinguitur, utrum, fratribus & sororibus utriusque conjunctis non amplius superstitibus, cum eorundem liberis reperiantur defuncti fratres sororesve ex uno, vel etiam patruus, avunculus &c. sive ex alterutro *V. infr. l. 9.* sive utroque latere; an verò illi planè soli existant. Priori enim casu non minùs, quàm si cum fratribus aut sororibus germanis concurrant, eos in portionem pariter & locum parentum suorum intrare, evidenter arguit *Nov. 118. c. 3. vers. Unde & consequens, & vers. Quandoquidem igitur, nec non vers. Sed & ipsis. ibi: cum propriis judicantur* (i.e. certant & contendunt, pares nimirum vel præferendi, Græcè *ἄριστοι* *V. Matth. Klock. d. Consult. An fratrum germanorum filii &c. p. 18. seqq. 57. seqq. 122. 132. 139.*) *thiis: quicquid in specie quoad casum extantium defuncti thiorum in contrarium nitantur* (fratrum filios instar descendantium, patruos autem loco ascendentium, & ideo illorum jus potius esse contendentes; quam rationem post *Sonsbecc. & alios refellit Klock d. tr. p. 21. seqq. Vinn. lib. 2. select. quest. c. 30. p. 411.*) *Hottom. illustr. quest. 14. Zas. singul. intell. lib. 1. c. 7. & tract. feud. part. 8. n. 17. seqq. & tom. 1. consil. 4. Hillig. 9. D. E. 4. lit. m. Rittersh. p. 7. Nov. c. 13. n. 14. Suth. diff. ad l. 11. §. 71. Lipsk. 1. obs. 65. n. 10. Dn. Struve syntagm. jur. Civ. exerc. 38. §. 33. quoad casum etiam concurrentium fratrum defuncti unilaterorum Borch. tract. de gradibus p. 232. Schick. D. ad l. 11. §. 5. contr. 1. in resp. ad obj. 2. Ludw. post. tract. de ult. volunt. Comment. ad auth. post fratres autem. (de legit. hered. p. 520. Hornstein. ap. Klock d. consult. p. 36. Vide præter. Klock. d. tr. pag. in primis 54. seqq. Cujac. in parat. C. d. legit. hered. Fachin. 6. contr. 3. Coll. Jurid. Arg. lib. 38. tit. 16. §. 22. n. 5. & 6. Vinn. post tit. I. de success. cognat. rubr. de success. lateral. n. 2. & d. quest. select. 30. ubi Sabaudia etiam Senatui hanc sententiam probatam ex Ant. Fab. notat. Posteriori verò casu, non extantium sc. priorum vel defuncti thiorum, eos absq. privilegio, utpote tunc planè supervacuo, secundum leges veteres in capita succedere, vel inde manifestum satis evadit, quod Justinianum quicquam, quod quidem hanc causam attinet, innovasse ostendi nequeat. De quo proinde casu præfatam quoque constitutionem Caroli V.*

Ann.

Anno 1529, in Comitibus Spirensibus promulgatam interpretatur Klock *sape alleg. consultat. p. 76. seqq. 132. 139.* Vinn. *d. quest. 30. circa fi. pariq;* ratione ipsam Azonis opinionem post longam disputationem restringere tandem videtur Rittersh. *d. p. 7. Nov. c. 14. n. 7.* ibi: *Taceo, quod casus ille &c. Conf. Klock, p. 80.* (ubi de casu, quo germanorum liberi ad exclusionem unilateri patrum vocantur, ab usq; Accursiano aevum nullum dissidium, nullum jurgium, & ne quidem frigusculum fuisse unquam scribit.) & *p. 84. infi. nec non in excerptis Dd. autoritatibus p. 90. seqq. & Dn. Tab. Ipd. Elem p. 3. sect. 2. §. 21.*

6. Sed annon eo insuper casu, quo Germanorum filii cum nullis quidem defuncti fratribus, aut thiiis, sed tamen cum fratrum ex uno latere conjunctorum filiis (quos ab iis excludi *supr. §. 3.* ostensum fuit) concurrunt, repræsentationi, ad eodq; successioni in stirpes locus erit? Ita quidem censent Colleg. Jurid. Argent. *lib. 38. tit. 16. §. 22. n. 9.* Locam. *quest. Justin. 271.* eosq; secutus Dn. Bicc. *aur. sect. 3. §. 129. lit. R.* Quia verò prærogativam secundi gradus Justinianus fratrum liberis tunc demum tribuere videtur, quando cum iis, à quibus aliàs excluderentur, concurrunt, vel vocantur ad exclusionem aliorum, qui aliàs cum iis concurrerent, aut eos ipsos excluderent; solà autem conjunctionis dignitas in hac specie exclusionem meretur: rectius fortè statuemus, eos, utpote sui juris robore innixos, in capita succedere. Præsertim cum nec repræsentationis jus gradus disparitatem inducere hoc casu possit, quem altiore ipsi quoq; fratrum unilaterorum liberi consequerentur.

7. Post fratres & sorores ex utroq; parente, & eorum filios, secundo loco vocantur à Justin. fratres sororesq; ex uno latere, Germ. Stiefbrüder. it. Halbbruder oder Halbschwester. it. einseitige Geschwister / Stiefgeschwister / sive illi sint consanguinei eundem patrem sanguinis auctorem habentes. *fac. §. 4. l. de success. cognat. l. 4. ff. unde cogn. Gr. ὁμοπᾶτρῆοι*) sive uterini, (quasi quibus præter uterum eundem matris suæ nihil sit commune Gr. ὁμομήτρῆοι seu ὁμογαστρῆοι) *d. Nov. ns. c. 3. vers. his autem, antiq.*

eorum prædefunctorum (cum in d. cap. 3. post utriuslibet generis fratrum mentionem doctrina de fratris vel sororis demortuorum filiis, jure repræsentationis succedentibus, velut generalis subjiciatur, *vers. sin autem defuncto.*) liberi Pr. Landr. lib. 5. tit. 12. art. 3. §. 4. Forster. lib. 8. c. 8. n. 6. Pfeil *consil.* 116. Schurff *Cent.* 3. *consil.* 41. Locam. *quest. Justin.* 270. circa pr. Ludvv. *ad d. auth. post fratres autem in pr.* Carpz. p. 3. *const.* 18. *def.* 13. n. 2. & Dd. *comm.* cum præfatis rhiis suis, vel etiam defuncti (quos, utrinq; licet eidem conjunctos, non minùs quàm fratres *ετιροθαλεις* ipsi, excludunt. Bachov. *ad Tr.* 2. D. 16. §. 5. *lit. b. verb. Quod si unius.* & aper-
tius Ludvv. c. 10. Locam. *quest. Justin.* 273. Carpz. d. *const.* 18. *def.* 14. n. 3.) concurrentes jure repræsentationis in stirpes, soli autem existen-
tes in capita, per notata §. 5.

8. Quid si verò defunctus mistim tam consanguineos, quàm uterinos fratres, eorumve liberos reliquerit? Immediatè à patre ad defunctum profecta consanguineis, à matre uterinis assignant, sola autem aliunde quæsita æqualiter distribuenda esse censent post veteres Forster. lib. 8. c. 8. n. 2. 3. 5. 7. *junct.* lib. 7. c. 4. n. 20. Schurer. *de hered. ab intest. tit.* 12. *dilat. at.* 7. Donell. 9. *comm.* 4. *ibiq;* Hillig. *lit. C.* Pfeil. d. *cons.* 116. & *cons.* 118. n. 5. Hunn. *variar. resol.* l. 3. *tr.* 1. §. 37. Carpz. p. 3. *const.* 14. *def.* 1 & 3. Mæv. *ad J. Lubec.* art. 20. n. 3. *seqq.* Struve d. *exerc.* 38. §. 34. & Dd. *com.* fundâtes hanc suam sententiã in l. 13. §. ult. C. de *legit. hered.* & Nov 84. c. 1. Quorum opinionem suo etiam præjudicio approbavit Senatus Frisicus apud Sand. lib. 4. tit. 8. *def.* 1. eandemq; distinctionem bonorum in successione fratrum utriusq; generis recepit Pr. Landr. d. art. 3. §. 6. nec non statutum Noricum apud Ludvv. *ad d. auth. post fratres autem.* Præterquam verò, quod dd. textus de casu plane diverso, patris nimirum adhuc superstitis, loquuntur; sæpe alleg. Nov. 118. quæ omnibus legibus veteribus derogat, consanguineos cum uterinis, utpote æquali jure succedentes, indistinctè ad bona defuncti (in quæ non nisi universa ex vera juristratione successio fit) vocat. d. c. 3. ut ad eò *Lege non d. stinguente nec nostrum*
fit

fit distinguere, arg. l. 8. de publ. in rem act. Contra cuius etiam constitutionis expressa verba consanguineus uterinum, rerum discrimine admissio, prorsus excluderet, si nulla bona materna, sed tantum paterna reperiantur. V. Fachin. lib. 6. contr. 5. Bach. ad Tr. d. D. 16. §. 5. lit. c. Vinn. d. rubr. de succes. lateral. n. 5. & lib. 2. select. quest. 31. Ludvv. (laudans quoq. Nicol. Vahrenbühler, qui inter casus Altorf. 16. ultra 54. annos, quib. Facultati Jurid. Tubing. inter fuit, nunquam aliter iudicatum fuisse scribat) ad d. autb. Post fratres. eodemq. inclinans Rittersh. p. 7. Nov. c. 13. n. 10. in fi. Conf. infr. §. 11. in pr. & de distinctione bonorum nec inter ascendentes attendenda tradita exerc. preced. §. 4.

9. Deniq. fratribus & sororibus omnis generis, eorumq. liberis deficientibus, collaterales (posthumi licet, utpote qui in transversalium successione non minus, quam in descendendum vid. exerc. 1. §. 7. pro jam natis habentur §. 1. vers. ii etiam l. de legit. agnat. succes. j. l. 7. & 26. de stat. hom. Pfeil. Conf. 123. Carpz. p. 3. const. 18. def. 27.) ceteri, tam foeminae, quam masculi d. Nov. 118. c. 4. j. §. 3. vers. Nos vero l. de legit. agn. succ. l. pen. in pr. C. de legit. hered. tam cognati (qui antea post omnes demum agnatos à Prætoce vocabantur pr. l. de succes. cognat. j. l. 7. C. d. legit. hered. solis fratribus emancipatis eorumq. liberis §. 1. vers. Exceptis. d. t. de succes. cognat. & præcipue l. ult. §. 1. C. de legit. hered. nec non fratribus & sororibus uterinis d. l. ult. §. 2. & quarumcunq. sororum filiis & filiabus §. 4. ubi Vinn. l. de legit. agnat. succes. l. pen. §. 1. & d. l. ult. in pr. C. de legit. hered. in ordinem legitimorum s. agnatorum admissis) quam agnati d. Nov. 118. c. 3. §. 1. & c. 4. Rittersh. d. c. 13. n. 16. nullâ amplius habita ratione repræsentationis V. supr. §. 3. in fi. aut duplicis conjunctionis s. plenioris sanguinis (utpote quæ prærogativa duplicis vinculi, pariter ut jus repræsentationis, non extenditur ultra ipsos fratres, eorumq. liberos; post quos nec distinctioni bonorum paternorum & maternorum, de qua supr. §. 8. locum relinquunt Forster. lib. 8. c. 9. n. 9. junct. c. preced. n. 4. Rittersh. d. cap. 13. n. 16. Schneidv. aliiq. ap. Carpz. p. 3. const.

14. def. 1. in si. aut distinctionem inter collaterales inferiores & superiores s. descendentes & ascendentes, qua de h. 5. in med. admittunt Schneidv. rubr. de tert. ord. succed. n. 13. Sand. lib. 4. tit. 8. def. 6. Dn. Struve d. exerc. 38. §. 3. quamvis ex eo respectu fratris quoque nepotem patrueli in successione præferre videatur Suth. diff. ad l. 11. §. 71.) Cujac. consult. 4. Pfeil consil. 115. n. 2. seqq. & consil. 120. Schurff. Cent. 2. cons. 62. & 89. Coll. Jurid. Argent. lib. 38. tit. 7. §. 17. Riem. dec. 8. q. 5. Rittersh. d. n. 16. Klock consultat. An fratrum germanorum filii & c. p. 50. seqq. Sand. d. tit. 8. def. 2. Vid. tamen infr. h. 12. & 16. & Pr. Landr. lib. 5. tit. 12. art. 3. §. 5. in si. ubi germanorum nepotes cum unilaterorum liberis simul in capita admittuntur. ex solâ nimirum gradus (de quorum computatione vid. t. t. J. de gradibus cognat. l. 1. §. 2. 3. 10. ff. de grad. & affin. Pr. Landr. lib. 5. tit. 12. art. 4. Forster. lib. 3. c. 28. & expeditam ad digitos computandi rationem apud Schüz von Erbfällen cap. 5. prærogativâ Nov. 118. c. 3. §. 1. in capita s. pro numero personarum succedentium (ut tamen persona duplici ratione conjuncta defuncto, veluti simul existēs patruelis & cōsobrinus, neptis ex avunculo magno & neptis ex amita magnâ, duas hæreditatis partes lucretur V. Carpz. p. 3. const. 19. def. 26. & Richterum quoque laudans Struve d. exerc. 38. h. 35.) d. Nov. 118. c. 3. §. 1. in si. Pfeil consil. 124. ad successionem vocantur; & quidem ad exemplum agnatorum cognari quoque (qui olim ultra sextum vel septimum gradum non succedebant. §. ult. L. de success. cognat. quam antiquam differentiam agnationis & cognationis statuto reduci posse, post Ferrariensē docet Rittersh. d. c. 13. n. 17.) ultra decimum licet gradum (ad quem proinde malè collateralium successionem restringunt Gail. 2. obs. 150. n. 1. 20. Schneidv. in 3. ord. succed. n. 38. & de success. int. vir & uxor. n. 13. Rittersh. d. c. 13. n. 18. Carpz. p. 3. const. 18. def. 31. in pr. & Dd. comm. abusi d. §. ult. l. de legit. agn. success.) in infinitum d. Nov. 118. c. 3. ibi: omnes deinceps. j. §. 3. in pr. l. de legit. agn. success. l. 2. §. 1. in si. de suis & legit. Forster. lib. 3. c. 10. Ungep. exerc. 9. q. 8. Wesenbéc.

in addit. ad Schneidv. (casum tamen favorabilem uxoris successur excipiens ad d. n. 13.) d. n. 38. Riemer. dec. 8. q. 3. Hahn ad Wesenb ff. unde legit. n. 3. in fi. quosq; præterea laudavimus pos. nostra controv. 133. & novissimè Ludvv. ad d. antb. Post fratres. Struve d. 8. 35. Quam collateralium non minùs, quàm descendendum & ascendendum, in infinitum successionem in damnatorum quoq; excepto crimine læsæ majestatis, bonis hodie (Jure enim Novellarum tantùm descendentibus, & præter hos ascendentibus usq; ad tertium gradum Riem. dec 8. q. 6. Rittersh. p. 3. Nov. c. 4. n. 7. 8. Bach, ad Tr. 2. D. 31. 8. 7. b. Hahn ad Ves. ff. de bon. damnat. n. 6. Ludvv. ad autb. post fratres, fratrumq; & c. C. de legit. hered. p. 525. & juxta jus, quod Irnerii temporibus obtinuit, collateralibus usq; ad tertium gradum applicantur auth. Bona damnatorum C. de bon. damnat. Dn. Struve, exerc. 49. 8. 107. junct. Dn. Joh. Strauchio in Irnerio non errante, cap. 2. n. 7.) locum invenire rectissimè tradit Struve. d. 8. 107. in fin. Vid. etiam Groenw. ad d. autb. Bona damnator. n. 8. seq. Carpz. p. 3. const. 6. def. 4. & Pr. crim. p. 3. q. 135. 8. 8. seqq. junct. n. 27. seqq. Schük von Erbf. cap. 42.

10. Atq; ita Collaterales succedunt ex præscripto Nov. 115. Ad J. verò SAXONICUM quod attinet, eo Fratres & sorores utrinq; juncti s. ἀμφιθαλῆς nō solum, sicut de jure communi, excludunt fratres sororesve per unum tantum parentem conjunctos (ex speciali nimirum ratione tactā supr. 8. 2. in fi. & plenius indagandā 8. seq.) LandR. lib. 2. art. 20. Urth. post. Weichb. Wie Brüder von voller Geburt / post pr. vers. Und so den nun. Carpz. p. 3. const. 18. def. 8. n. 3. seqq. verum etiam, cessante quippe hoc Jure in lineā collateralī repræsentatione, fratrum sororumq; ex utroq; latere præmortuorum liberos, per text. in Landr. lib. 1. art. 20 j. art. 3. & 17. Urth. post Weichb. sub tit. Bruder und Schwester und Bruder oder Schwester Kinder wie die Erbe nehmen. Schneidv. de 3. ord. succed. n. 14. Schurer. de hered. ab intest. tit. 13.

rubr. de Jure Saxonico n. 2. Carpz. p. 3. const. 18. def. 18. Ludw. ad autb. Cessante. C. de legit. hered. pag. 515. seqq. Quod ipsum nec per supr. §. 3. adductum Recess. Imper. de Anno 1521. exceptis iis Provinciis Saxonis, in quibus Carolina hæc constitutio manifestè recepta ac usu hæctenus observata, Carpz. d. const. 18. def. 2. n. pen. & ult. mutatum fuisse, ostendunt Gl. Lat. ad text. Germ. d. art. 3. lib. 1. LandX. lit. m. Schneidv. (tradens quoq; Electorem & Duces Saxonie contra illam constitutionem protestatos fuisse, nec illam recepisse, utpote contrariam juri Saxonico, quo tanquam speciali privilegio Provinciae illæ utantur) d. n. 14. Schurer. & Ludw. dd. lo. Carpz. d. def. 2. idemq; satis arguit d. const. Elect. 18. in fi. Conf. in simili Pfeil. Consil. 105. n. 18. & 19. Quamquam extra Electoratum, ex quo ad Cameram appellari non potest propter privilegium, in aliis locis, ubi receptum jus Saxonicum, omnino obtinere debere Edictum Cæsareum, verendumq;, ne sententia in Camera secundum jus commune feratur, putet Hahn, ad V. Ves. ff. de gradib. n. 15. ad verb. Jure tamen Saxonum. Utiq; dispositionem hanc Juris Saxonici (quam nos quoq; amplectimur V. in fr. §. 13.) ad eò irrationabilem & iniquam non esse, prout J. Pruten. lib. 5. tit. 12. art. 3. §. 1. Coler. decis. Saxon. 48. aliiq; existimant, vel inde manifestum est, quod omnis successio sit juris positivi V. Pfeil. cōs. 106. n. 9. seqq. & exerc. nostr. 1. §. 2. & exerc. 2. §. 11. 12. indeq; vicaria hæc, quæ per stirpes fit, etiam in linea rectâ statuto tolli possit, V. Schurff. Cent. 1. conf. 21. in fi. Pfeil d. conf. 105. Grot. Jpd. Batav. lib. 2. part. 28. circa pr.

11. Post fratres igitur sororesq; ἀμφιθαλεῖς J. Saxonum demum admittuntur fratres & sorores uno tantum latere conjuncti ἢ ἐτεροθαλεῖς. Landr. lib. 2. art. 20. absq; distinctione (quam nec jure Civili attendi ostendimus supr. §. 8.) unde bona provenerint, Carpz. p. 3. const. 14. def. 4. cum iisq; fratrum germanorum sororumq; liberi, Landr. d. art.

d. art. 20. Urth. post Weichb. Wie Halbbrud. ic. & post Er. Urth. Schöpp.
 zu Magdeb. part. 1 c. 7. dist. 8. (ubi tamen secund. J. Magdeb. fratres unila-
 teros germanorum filiis preferendos pronunciant. de quo infr. b. 14.) & 11.
 & part. 3. c. 9. tit. Von Erbtheil. §. Item meines vollen Bruder Kin-
 der. & §. Etliche sagen / daß des Todten halber Bruder. & Urth.
 Schöpp. zu Leipzig. tit. von Succession auff Erbgüter. §. Desgleichen
 wenn ein Mann. vers. Also auch. Schurer. d. tit. 13. rubr. de jure Saxon.
 n. 3. junct. n. 1. Schn. de 3. ord. succed. n. 17. Pfeil. conf. 122. Carpz. d. p. 3.
 const. 18. def. 10. in capita (deficiente quippe fonte s. radice divi-
 sionis in stirpes, jure nimirum repræsentationis: ut adeò in stir-
 pes hoc casu eos succedere perperam pronunciant Scabini
 Lips. d. 7. s. Also auch.) d. Urth. post Weichb. Wie Halbbruder. Schneidv.
 d. n. 17. Carpz. d. def. 10. Ludw. ad d. auth. Cessante p. 516. Certo argu-
 mento, fratres & sorores ετεροβαλεις s. distinctos hoc jure mini-
 mè in gradu quasi intermedio versari, prout Land R. lib. 1. art. 3.
 vers. Ist aber einige Zweyung. verba: schreiten fürbaß in ein ander fer-
 ner Glied. explicare conatur (occasione fortè captâ ex J. Culm.
 Sigismundi I. Jussu Anno 1526. revisi lib. 3. tit. 5. c. 12. ibi: auß Ur-
 sachen / daß man die halbe Geburt nicht voll in den dritten Grad rech-
 net / sondern schreiet nur mit einem Fuß herein.) Schutz von Erbf.
 cap. 30. sed revera gradu remotiori, tertio videlicet, quem fra-
 trum liberi tenent, defuncto conjunctos esse, Schutzianam in-
 terpretationem satis etiam refellente textu Lat. d. art. 3. ibi:
cum ob id in gradum remotiorem ipsis sit transeundum. Unde etiam
 æqualiter cum fratribus unilateris pariter Urth. Ober Hoff Ge-
 richts post Weichb. fol. 134. Schneidv. in tert. ord. succed. n. 27.
 Lipsk. 1. obs. 67. n. 2. seqq. Carpz. d. const. 18. def. 15. n. 3. seqq. & ger-
 manorum liberis Urth. post Weichb. Mutter Bruder nimpt Erbe.
 vers. Also auch / dieweil der Verstorben. & rubr. Mutter und Schwester-
 Sohn sind gleich nahe. & rubr. Von frühe und unzeitigen Kindern.
 §. Aber ewer Schwester. Pfeil. (malè tamen in rubr. consobrinos defuncti
 vocans fratris ejus filios) conf. 121. Carpz. d. const. 18. def. 4. Ludw. ad
 d. auth. Cessante. in fi. admittuntur patru, avunculi, amitæ,

matertera indistincti, utpote non minus tertio adeoq;
 eodem gradu constituti: quorum graduum æqualitatem hic
 solum spectandam, docet text. art. 17. libr. 1. Landr. Wenn sich ein
 Erbenonchwester oder vorbrüder! (i. e. quando quis post se non
 reliquit fratres vel sorores ex utroq; parente, ut rectè explicat
 Gl. Lat. ibid. lit. e. edit. Zobel. quanquam ad fratres quoq; sororesve
 ex uno latere id porrigant Gl. Germ. ad d. art. 17. verb. Die sich
 gleich nahe. Gl. Weichb. art. 63. Wehner. in voce verbrüder! ver-
 schwester! Erbe. Schütz von Erb. c. 28.) alle die sich gleich nahe zu
 der Synne re. & art. 3. d. libr. 1. ibi: Die zwischen dem Nagel und
 dem Haupt. Quos tamen defuncti obios in ELECTORATU
 SAXONIÆ excludunt tam fratrum a: sororum ἀμφιπάλω
 liberi (i. ob solum legislatoris placitum s. etiam, quod hæredi-
 tas pleniori jure debetur descendentibus, quàm ascenden-
 tibus: ob quam rationem cum jure quoq; Civili eos præponi Dd.
 comm. velint V. supr. 8. 5. jus Civile constitutione Electorali re-
 ductum scribit Ludw. ad d. auth. Cessante in fi.) d. const. 18. §. Wür-
 de ein Mann. Carpz. ibid. def. 5. & Arb. consangv. cap. 6. §. 13. Cöppen
 (Scabinos Lipsenses ita quoq; pronuntzasse decis. 212, notans) n. obs. 166 n. 3. 9.
 quàm fratres sororesve ex uno latere (prælati etiam à Scabinis
 Lipsensibus Urth. post Landr. tit. von Succession auff Erbgüter.
 §. Hätte auch ein Mann. Urth. post Weichb. tit. Halber Bruder
 nimp! Erbe. in fi. ob sanguinis proximitatem Schneidv. d. n. 27.
 aliasq; rationes adductas à Schurer. d. tit. 13. rubr. de jure Saxon. n. 4.
 quonum sententiam Curia quoq; Regni Poloniæ secuta teste
 Lipsk. n. obs. 67. n. ult.) d. const. 18. §. Stürbe denn ein Mann.
 Carpz. ibid. def. 14. & d. cap. 6. §. 14. à quibus fratribus mediis s.
 distinctis etiam extra Provincias Electoratus in foro Saxonico,
 nisi forsan in aliquâ Provinciâ rigor juris Saxonici hoc in casu
 receptus & approbatus doceatur, defuncti patruos &c. vinei,
 contra Berlich. disputat Carpz. ibid. def. 15. & arb. consangv. c. 10.
 Quanquam explicatu difficile videatur, quo pacto extra Electo-
 ratum patruus similisq; personæ per fratres distinctos, non verò
 itidem

itidem indistorum demortuorum liberos, à successione excludi possint, quos & jure communi Saxonico, & in Electoratu cum fratribus *ergo* *fratres* simul admitti Carpzov. ipse *d. const.* 18. *def.* 10. profitetur.

12. Quod si ex præfatis personis nemo superfit, tam in Electoratu, quàm foro communi Saxonico ad successionem vocabuntur primò Fratrum ex uno latere conjunctorum liberi, Patruus, avunculus &c. ex uno latere, cum iisq; utrinq; conjuncti patruels & cōsobrini, fratrum & sororum nepotes, Patruus &c. magnus Carpz. *d. const.* 18. *def.* 13. 16. *seqq.* & *arb. consangv.* *d. c.* 6. *h. n.* deinde patruels & cōsobrini, cæteri q; ex quarto cōputationis civilis gradu uno tantū latere conjuncti Carpz. *def.* 22. cum iisq; utrinq; conjuncti fratris sororisve pronepotes, propatruus, propior sobrino; ac consequenter reliqui ex transverso conjuncti gradu proximiores ad septimum (quem à decimo juris Civilis nihil differre censent Zobel. *in addit. ad text Lat. Land R. lib.* 1. *art.* 3. *verba:* *Isti primum gradum obtinent.* Schneidv. *de 3. ord. succed.* n. 39. Lipsk. 1. *obs.* 67. n. 5. Schuß von Erbf. *cap.* 4. c. nstituentes scilicet primum gradum de jure Saxonico in patruelibus, consobrinis, &c. in quem tamen defuncti fratrum indistorum liberos, æqualiterq; distantes fratres ex uno latere collocat, & per consequens metam percipiendarum hæreditatum jure Saxonico in nono juris Civilis consistere contendit Schurer. *d. tit.* 13. *rubr.* *de jure Saxon.* n. 1. legens dubio procul in *d. art.* 3. non Also thun auch zwoer Schwester Kinder/ut Zobeliana, sed, ut aliæ editiones habent, Also thun auch die Schwester Kinder. Conf. de computatione Saxonica Schur. *d. tract.* p. 558. Cöpp. 1. *obs.* 176.) usq; gradum,

art. 3. ibi: Die Synp endet sich in dem siebendem Glied Erbe zu nehmen. Schneidv. c. 10. Carpz. d. const. 18. def. ult. & arb consanguin. d. cap. 6. §. 20. ubi Scabinos Lipsenses ultra gradum septimum successionis jus extendere noluisse refert: Imò in infinitum Land R. lib. 1. art. 19. Wes. in addit. ad Schneidv. d. n. 39. Schurer. d. n. 1. in fi. Goldbek de success. Gerade Saxon. rubr. de success. cognat. transversal. n. 41. seqq. cognatis ab uno latere (circa successionem enim collateralium, qui invicem utrinq; sunt conjuncti, jura Saxonica cum jure Civili conveniunt Carpz. d. const. 18. def. 19. & def. 21. in pr.) omnibus (cum de jure communi prærogativa duplicis vinculi ultra fratres eorumq; liberos non extendatur, V. supr. §. 9. ad quos fratres etiam adductum in §. preced. text. Jur. Saxonici art. 3 lib. 1. Ist aber einige Zwenung ic. restringere conantur Riemer. dec. 8. §. 5. Pfeil. conf. 105. n. 7. in fi. & n. 8. sibi contrarius conf. 120. Scabini Lips. Helmstad. & c. apud Cöpp. 1. obs. 170.) ex veriori & in foro approbatâ sententiâ in gradum ulteriorem transeuntib. V. Schneidv. de 3. ord. succed. n. 35. Berlich. p. 3. concl. 24. n. 92. 93. Lipsk. 1. obs. 68. n. 6. & 7. (ubi in Curia quoq; Regni materteras indistinctas amittis distinctis prælatas memorat.) Carpz. d. const. 18. def. 21. seqq. & arb. consangu. cap. 1. §. 15. & cap. 6. d. §. 11. & præcipuè Cöpp. d. obs 170. Add. Hahn ad Wes. de gradibus n. 16. in fi. Ludw. ad auth. post fratres C. de legit. hered. p. 524.

13. Reliquum nunc esse videtur, ut quid J. CULMENSIS, MORIBUSQ. PATRIIS circa lateralium successionem obtineat, investigemus. Et Fratres quidem sororesq; ex utroq; latere apud nos rupto sinu parentem etiam superstitem, in bonis indistinctè omnibus, excludere exerc. preced. §. 10. ostensum fuit. Qui ad eò potiori jure vincunt fratres sororesq; ex uno latere; & multò magis germanorum liberos J. Culm. lib. 3. tit. 9. c. 11. Schütz von Erbfall cap. 27. deficiente quippe in nostro non minus, quàm Saxonico V. omninò supr. §. 10. in fi. foro, quod

quod ad lineam collateralem, attinet, repræsentationis jure.
Schüz cap. 20. in fi.

14. Fratres sororesq̄ ἀμφιθαλῆς excipiunt Fratres & sorores ex alterutro tantum latere conjuncti, ex æquo (ut praxis quotidiana testatur, Conf. *supr.* θ. 8. & 11. in pr.) in omnia fratris defuncti bona succedentes, viamq̄ successio- nis præcludentes non solum patruo, avunculo, amita, materte- ræ J. *Culm. d. tit. 9. c. 12. junct. cap. 14.* Schüz cap. 31. verum etiam adhuc (ob rationem ex J. *Culm. Revis. supr.* θ. 11. adductam) ger- manorum liberis. J. *Culm. d. cap. 12.* Schüz cap. 30. ubi Decretum quoq̄ Regium, quo hæc fratrum ἑτεροθαλῶν prærogativa ap- probata, subjungit. In quo proinde J. nostrum Culmense à Civili pariter & Saxonico recedit: quanquam è J. Magdeburg. id ma- nasse velit Schüz d. cap. 30. motus sententia Scabinorum Magdeb. post LandR. p. 1. c. 7. dist. 8. ibi: Aber nach Magdeburgischen Recht nimpt der Halbbruder erbe für volle Schwester Kind. Quod tamen Juris Magdeb. à Provinciali Saxonico divortium minimè admittit Magdeburgensium Syndicus Franciscus Pfeil *cons.* 123. post adductum text. LandR. lib. 2. art. 20. germanorum liberos cum unilateris fratribus simul vocante, sequentia subjiciens: *Quanquam Scabini patriæ meæ, quemadmodum sentent. ipsorum part. 1. cap. 7. dist. 8. testatur, secundum jus quoddam Magdeburgens. (nescio quod, quale quantumve, Nam in eo quod publicè extat Weichbildt articulo 10. in glos. nullibi cautum est) Uterinum item consanguineum tantum germani filiis an- teferendum esse pronunciant, eaq̄ in re apud Jurisperitos non benè admodum audiunt.*

15. Sequuntur germanorum liberi, in capita, ex diversis licet stirpibus nati, succedentes J. *Culm. d. tit. 9. cap. 15.* Schüz cap. 29. cum iisq̄ patruus, avunculus, amita, ma- tertera, ἀμφιθαλῆς J. *Culm. cap. 14.* Schüz cap. 34. post hos verò iidem ex alterutro tantum latere defuncto con- juncti,

juncti, exclusis non solum per utrinque Schütz cap. 35. verum
 etiam ex uno tantum latere defunctum contingentes conso-
 nis. J. Culm. antiq. lib. 4. cap. 81. & Revis. lib. 3. tit. 5. c. 13.
 Quamquam etiam J. Culm. Revis. & correct. d. tit. 9. cap. 12.
 (cujus capituli verba: numerum a. J. Culm. antiq. exhibet Schütz
 cap. 32.) post praelatos germanorum liberis fratres unilateros
 clausula annectatur: Und sol solches von keinem andern Fall in
 weiterm Grad verstanden werden / nach alter her gebrachten Gewon-
 heit, imò cap. 13. patruus ex uno latere (consequenter etiam fra-
 trum unilaterorum liberi, arg. cap. 14.) cum patruelibus simul vo-
 cetur; secundum J. tamen Culmense antiquum hoc in casu non
 solum Mariæburgensium Senatui Noster ab eodem aliquando
 consultus respondit, verum etiam in utraq; instantia sæpissimè
 hic judicatum, & in suprema quoq; Regni Curia ad eandem devo-
 luta lis inter hæredes Jacobi Heidman, & Georgium Hütfeld &
 consortes, Leopoldi feria 3. post Festum D. Annæ Anno 1653.
 terminata fuit. Utiq; à Schützio d. cap. 32. adducta differentiæ
 inter casum d. cap. 13. & cap. præced. ratio vel ideo vacillat,
 quod regulam J. Saxonici LandR. lib. 3. art. 17. von verschwe-
 sterten und verbrüdertem Erbe (de qua supr. §. 11.) præter J. Culm.
 antiqu. d. lib. 4. cap. 65. agnoscat etiam Gl. Weichb. art. 63. eã
 verò minimè obstante patrum ex uno latere & sororis unilate-
 riæ filium consobrino præferant Scabini Magdeb. post Landr. part.
 1. c. 7. dist. 17. & 22. Omitto, quod præfata regula eam etiam inter-
 pretationem admittat, quod post fratres & sorores nulla sexus
 V. pr. d. art. 17. sed gradus tantum propinquitatis ratio habeatur.
 Confer Wehnet. in voce Ganerben cap. 1. vel etiam post illos pro-
 ximitas ficta per jus repræsentationis, utpote in descendantibus
 solum hoc jure recepta, locum non inveniat. Gl. Germ. ad d. art.
 17. verb. Die sich gleich nahe.

16. Quod si nec fratrum liberi, nec defuncti thii sive ex
 utroq;, sive alterutro latere juncti supersint, modò dictis
 consequens est, ad successionem admittendos consobrinos,
 fratris

47


fratris aut sororis nepotes, patrum magnū &c.
Conf. Schüz cap. 36. hisq; etiam deficientibus eisdem ex
alterutro tantū latere defuncto junctos, exclusis
utrinq; eidē junctis proprio sobrino (cui consobrinus defun-
cti ex uno latere in utraq; instantiā prælatus in causa Gort von
Bremen contra Colonel Bläser & consortes) cæterisq; in quinto
gradu constitutis: & sic deinceps transversales reliquos
in infinitum, vel saltem ad decimum (ultra quem cum rarissimè
vel nunquam cognati reperiantur, certam probare consuetudi-
nem difficillimum, sed nec fructuosum videri, monet Carpz.
arb. consangu. cap. 6. l. 20.) usq; gradum, ab uno tantū late-
re junctis semper quidem (secus ac J. Civili V. *supr.* 6. 9.
& Norico, quo pluralitas vinculorum ad patruos & avunculos
duntaxat, non iridem ad remotiores collaterales porrigitur.
Ludw. *ad auth. Post fratres, fratrumq; &c. C. de leg. her.* p. 524.) iis, qui
utrinq; conjuncti sunt, postponendis, minimè tamen pro-
pterea in gradum remotiorem (ut J. Saxon. obtinet V. *supr.* 9. 12.
& nostro etiam receptum malè arbitratur Schüz cap. 33. j. cap.
preced., computandis.

17. Atq; hæc ita obtinent in transversatibus per nuptias
junctis. Idem jus est in legitimatis, non solum per subseqv,
matrimonium, ut volunt Schneidv. *de 3. ord. succed.* n. 37. Copp. 1.
obs. 168. n. 1. Ludw. *ad auth. Post fratres autem. C. de leg. her.* verum etiam
per Rescriptum Principis, Schur. *tit.* 12. *rubr.* d. J. Sax. *dilat.* 12.
Forst. *lib.* 8. c. 10. n. ult. utpote quæ legitimatio pariter præter jus
sinitatis (quod tantum consequuntur legitimati per oblationem
Curia Nov 89. c. 4. modum hodie abolitum V. *exerc.* 1. 9. 11. *in pr.*)
etiam jus agnationis tribuit *arg.* Nov. 89. c. 9. §. 1. Rüttersh. p. 4. N.
c. 12. n. 10. Conf. præter d. 9. n. Carpz. p. 2. *const.* 6. def. 16. & ult. Hahn.
ad Wes. ff. de his qui sunt sui &c. n. 3. Quam tamen legitimationem
per Rescriptum ap. Belgas, aliosq; populos, cognatos non tange-
re, exceptis iis, qui in eam cōsentiunt, docent Grot. 1. *introd.* 32. *in fi.*
Vinn.

Vinn. ad §. ult. l. de nupt. in fi. & præcipuè Greenw. ad auth. Præterea. C. de nat. lib. modumq; hunc legitimandi ap. nos quoq; longè debiliore esse eo, qui fit per nuptias, apparet ex notatis d. 9. 11. circa fi.

18. Cæterum adoptivi fratres s. legitimi tantum non aliter sibi, vel agnatis adoptantis, hinc illis succedunt, quam si arrogati arg. l. 23. in fi. ff. l. pen. §. ult. C. de adopt. vel ab aliquo ascendentium fuerint adoptati §. 2. l. d. l. pen. C. eod. j. §. 2. de leg. agn. success. V. præter Schur. & Schn. dd. lo. Forst. lib. 8. c. 10. Ritterh. p. 7. N. c. 15. n. 1. De quorum verò successione eò minus hodie laborandū, quòd vetus adoptionis jus planè nunc exoleverit, Vinn. ad §. 4. l. de adopt. & supr. exerc. 1. §. 12. similima etiam cæteroqui adoptioni pariatio prolium, de qua d. exerc. 1. §. 5. post primam divisionem à morte parentū expiret, adeòq; nec frater unitus succedat fratri unito, ostendente Musculo de union. prol. n. 35. j. n. 122. & 132. seq.

19. Deniq; quod ad transversales illegitimos attinet, incestuosi quidem similesq; planè non succedunt, nec iis succeditur. V. Forst. lib. 6. c. fin. n. 15. seqq. & lib. 8. c. 13. Schn. n. 47. Schur. d. tit. 12. limit. 2. Bach. ad Tr. 2. D. 16. §. 5. c. Carpz. p. 3. const. 14. def. 11. & supr. exerc. 1. §. 13. & exerc. 2. §. ult. naturales autem & spurii à matre conjuncti (ex patre enim, quem spurii ex ratione juris non habere intelliguntur, se contingentes naturales, cum nec agnati sint, nec cognati, successione nulla fruuntur. §. pen. l. de success. cogn. l. ult. in fi. C. de nat. lib. j. Nov. 89. c. 4.) ad successionem admittuntur, s. soli sint, s. cum legitimis liberis concurrant. l. 2 & 4. ff. unde cogn. Forst. d. l. 8. c. 11. Schneidv. n. 44. seqq. Pfeil. conf. 110. Rittersh. d. c. 15. n. 2. Carpz. p. 4. const. 28. def. 6. 7. Secundum quod jus cõmune, spreto rigore juris Saxonici V. exerc. 1. §. 16. & exerc. 2. §. ult. etiã in terris Saxonici pronunciarì, notant Schn. n. 46. Forst. d. c. 11. n. ult. Carpz. d. def. 6. & 7. & p. 3. const. 18. def. 25. Quamquam J. Culm. Rev. lib. 3. tit. 9. (adductum etiam à Schutzio c. 11. perperam tamen scribente, id J. Civili convenire) ad illegitimorum successionem post fratres & sorores statim fiscum admittat; ut adeò ex natura correlatorum nec illegitimi extra fratres aut sorores hoc jure ad successionem admittendi videantur. Conf. omnino Lipsk. 1. obs. 69. v. ult.



99 A 6998


ULB Halle 3
002 836 947




V. 17

Rehro







38 4.

J.
Synopticae

IONIBUS STATO,

Saxonico, Culmensi,
his deferuntur,

TIO TERTIA,

teralium evolvens:

tationis causa,

ni Auditorio Majori

V. ad placidè ventilandum

ita

I D E

ROSTEUSCHERO,

on Jur. & Histor. Prof. Ord:

DENTE

JO ESKEN

S C A N O.

vell. Alumn.

TISCI,

IDERICI RHETIL.